

Ind. A. 716

~~588/W~~

~~145~~

VERA  
THEOPOLIS,

SEU  
CÆLESTIS URBIS JERUSALEM

VERA THEOPOLIS,

SEU

CÆLESTIS URBIS JERUSALEM

Descriptio

PER ÆQUIVOCA.

*Dada da gracia de p. x. M-3-79*  
*x M-4-69*

LIXBONÆ

Typis Regiis SILVIANIS, Regiæque Academiæ.

MDCCLXII

*Solis obtemperatissimæ*

VERA THEOPHILUS

SEU

CELESTIS URBIS IERUSALEM

Descriptio

PER ROYIVOC A

P A

V E R A  
THEOPOLIS,

S E U

CÆLESTIS URBIS JERUSALEM

Descriptio

PER ÆQUIVOCA

AB ANTONIO DOSREYS,

Congregationis Oratorii Ulixbonensis

Presbytero.

*Opus posthumum.*



LIXBONÆ.

Typis Regalibus SYLVIANIS, Regiæque Academiæ.

M. DCC. XLII.

*Solitis obtentis facultatibus.*

2/3  
3206

VERA  
THEOPOLIS

SEU

CELESTIS URBS JERUSALEM

Descriptio

PER A. Q. UIVOCAM

AB ANTONIO DORSREYS

Congregationis Oratorii Uixbonensis

Presbytero.

Opus posthumum.



LIXBONA.

Typis Regalibus SYLVIANI, Regisq; Academiæ.

M. DCC. XLII.

Solis obsequio Facultatis.

## AD LECTOREM.

**D**escriptionis istius Author dum vixit, pro Vera Theopoli exprimenda, nullum non movebat lapidem, omnem prorsus adibat officinam, indefesso studio, labore improbo undequaque conquirens electos lapides, quos tandem collectos aureo percurreret stylo, aptis jungeret nexibus, ad omnemque artis proveheret elegantiam: interim inventam quamlibet margaritam, suis utcumque locis deputabat, supremam rei manum admoturus, cum omnibus Agiologiis, Chronicis, Annalibus, Martyrologiis perlectis exquisitâ, ut solebat, diligentîâ, omnem se exhaustisse lapidicinam existimaret. Huic Authoris menti non omni ex parte indulgit Deus, nam ipso in Cœlum translato, eidem dedit Veram Theopolim introspicere, atque in uno libro vitæ unumquemque Beatorum viritim perlustrare: at nobis habendi absolutum opus illud spem omnem præscidit. Propterea ne omnino periret quidquid Author allaboraverat, totum id placuit typis mandare, ut à primis velut lineamentis, quæ jecerat, quanta operi futura esset venustas conjici possit.

*Vale.*

\*\*

FA-

# FACULTAS

Sanctæ Inquisitionis.

EMINENTISSIME DOMINE

**U**T judicium feram, mandata tua exequendo, de Cœlestis Urbis Jerusalem Descriptione per æquivoca, elaborata à Sapientissimo Patre Antonio dos Reys, Congregationis Oratorii desideratissimo Alumno, non eo in sententiam multorum sapientum, qui judicant æquivoca ab omni dicendi genere esse illiminanda, & vix inter ludricas dictiones illis præstari locum. Licet in ista Descriptione Author verbis ludat, tamen non lusit operam, nam cum jucundissima mentis amenitate, se ab Ecclesiastica Historia optimè instructum ostendit, quod homini Religioso precipuè convenit. Perpetuam cum Musis rationem habuit P. Antonius dos Reys; ad studium & virtutum, & litterarum totum animum appulit à pueritia, & ideò nemo debet mirari in illo esse tantam scientiam, ut in omnium artium studiis liberalissimis, doctrinisque versatus esset; de hujus rei veritate fidem faciunt eruditissima ejus opera jam in lucem edita, eandem faciet hæc Descriptio, quæ, ut publici juris fiat, nihil habet non orthodoxum. Dabam Ulyssippone in Ædibus Divæ Virginis à Providentia, anno ab ejus partu 1742 die 16 Sextilis.

*D. Caetanus de Gouvea, C. R.*

Vistas

**V**ista a informaçaõ , póde-se imprimir o papel intitulado: *Vera Theopolis* ; e depois de impressõ , tornarã para se conferir , e dar licença que corra , sem a qual naõ correrã. Lisboa, 17 de Agosto de 1742.

*Fr. R. Lancastre. Teixeira. Sylva. Soares. Abreu.*

## F A C U L T A S

### Ordinarii.

**V**eram Theopolim , seu Cœlestis Urbis Jerusalem Descriptionem per æquivoca à Patre Antonio dos Reys , Congregationis Oratorii Ulyssipponensis Presbytero Opus posthumum ea aviditate legi , qua promissam sæpe , dum viveret , expectabam : at legentem par admirationi dolor pupugit : mirabar Viri Clarissimi , in comparanda Sylva studium pertinax , laboremque indefessum , in digerenda perspicuitatem ingenii , & acumen , in exornanda facundiam & nativam , & politissimam : verum ob id acrius vellicabat dolor , dum Virum eruditissimum , de republica literaria optime meritum , qui ingenii sui fecunditate uberiùs illustrandæ patriæ spem fuerat , acerbo , quia immaturo fato , præreptum recordabar : etsi enim Theopoli ipsi , quam descripserat , adscriptum non ambigerem ; imo Cœlesti Viridario Florem hunc , ( id enim Antonius sonat , ) inscriptum nomina Regum insertum crederem , dolorem id lenire potuit , non consopire. Vivit profecto sibi feliciori vita , ac civitate donatus ; dolendum tamen , non quòd sibi æternùm vivat , sed quòd immortalitate

\*\*\*

litate dignus parum nobis, publicæque utilitati vixerit. Id unum solatio est Fratrem habuisse, qui, eruditissimo opere publicæ lucis usura donato, Fratris cineres & vitales reddat, & vocales: vivit utique in posterorum memoria Vir desideratissimus, cujus eruditionem, ingenium, ac pietatem tot linguæ prædicabunt, quot exaravit characteres: pietatem materia, forma ingenium, & eruditionem non inculcat modo, sed obtrudit. Neque id vitio dare poterit Aristarchus, quòd æquivoca aucupetur; ut enim hæc, si quando frigida, & scriptoris dedecent gravitatem, & legentis stomachum movent, ita cum è re nata, vel proposita, ut in præsentis fit, nervosi rem conficiunt, operi venustatem aspergunt, ingenii commendant acumen, gratoque lenocinio legentium mentes demulcent: nec Virum sapientem in Descriptione Urbis Cœlestis lusisse is improbet, qui Divinam Sapientiam in Cœlestis, & terrestri Orbis molitione ludentem noverit. Quî ergo fiet, ut Sancta Civitas Jerusalem, nova quidem, quia nova methodo adumbrata, è Cœlo descendens, cum non aliunde illius describendæ cogitationem fluxisse autumem, aliquid non sanctum, à piisve moribus alienum præferat. Cœlo igitur, quò invitat, præloque, quod exoptulat, dignissimum Opus censeo. Ulyssipone, in Collegio D. Antonii Magni Societatis JESU, 6 Octobris 1742.

*Paulus Maurus.*

**P**òde imprimirse, e depois torne, para se conferir, e dar licença para correr; sem a qual não correrá. Lisboa, 8 de Outubro de 1742.

*Sylveira.*

FA-



# FACULTAS

Regia.

## SERENISSIME DOMINE

**I**N lucem prodeat hoc Opus per æquivoca elaboratum, ut in Lusitania cognoscatur ingenium sui Authoris sine æquivoco. Quia si Salvator noster de se ipso attestatur: *Opera, quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me*, etiam ista æquivoca, absque ullo æquivoco, testimonium perhibent de ingenio Authoris, qui dum vivebat per omnium aures volitabat. Cum in hoc Opere nihil inveniatur, quod sit contra jura Regni, impediri non debet, ut prælo tradatur, & monumentis mandetur. Hoc est meum iudicium. In Conventu Sancti Dominici Ulyssipponensi, die 22 Octobris anno 1742.

*Frater Joannes Franco.*

**Q**ue se possa imprimir, vistas as licenças do Santo Officio, e Ordinario, e depois de impresso tornará à Mesa para se conferir, e taxar, e dar licença para que corrá; e sem isso não correrá. Lisboa, 15 de Novembro de 1742.

*Teixeira.*

*Vaz de Carvalho.*

VERA



VERA THEOPOLIS,  
 S E U  
 CÆLESTIS URBIS JERUSALEM

Descriptio

PER ÆQUIVOCA

*Nomina, quæ caractere Italico scribuntur. omnia  
 sunt propria Sanctorum.*

Ad Cœlestem *Ferosolimam*, qui pergis  
 Ut eam diligentius inquiras,  
 Quam pulchra sit  
 Attende.

I  
 CIVITAS hæc *Cœlestis* in *Quadro* posita  
 Unicum quamvis noscat *Regem*  
 Sua etiam *Trabea* insignem,  
 Unicamque *Reginam*  
 Quorum *Curie*  
 Multi interfunt *Palatini*,  
*Urbani*, ac *Honorati*;  
 Plures tamen admittit *Dominatores*,  
 Immo & *Tyrannos*.

# VERA

Ne tamen  
 Quamvis illi *Perpetuas* inter se habeant *Rixas*  
 Adversari sibi mutuò credas;  
 Vivit enim inter illos *Concordia*.  
 Unus quidem illic datur *Bellicus*,  
 Cui nec desunt *Imperatores cum Sagis*;  
 Habet enim  
 Et *Metellos*, & *Marcellos*, & *Marios*, & *Fabios*:  
 Nec *Miles*  
*Lectissimus*, & *Audax*, *Fortis*, atque *Virilis*,  
*Armatus*, atque *Armandus*  
 Nec sine *Ferro*, *Telo*, atque *Securibus*;  
 Non *Expeditus* tantum,  
 Sed & *Galeatus*, atque *Loricatus*,  
 Immo & *Emeritus*.  
*Defendens*, atque *Adjutor*,  
 Qui cum *Auxilio*  
 Pro *Focis*, & *Aris* staret,  
 Si opus esset  
 Quin *Tubicen* deesset, aut *Classicus*.  
 Verum  
*Pax*, eaque *Constans*  
 Omnes ad invicem *Amantes* reddidit  
 Non *Victores* tantum,  
 Sed ipsos etiam *Victos*, *Proditos*, & *Captos*  
 Ii tamen quantumvis sint *Securi*,  
 Omniaque *Pacata*  
 More tamen *Castrensi*,  
 Numquam volunt esse  
 sine *Vigiliis*, neque sine *Præsidio*.

## II.

**S**unt & illic *Senatores* quamplurimi  
 Cum *Toga*,  
 Quibus semper assistit *Prudentia*,  
*Civiles, & Criminales*,  
 Qui *Zelo* comite  
 Quotidie præ oculis habent  
*Mutios Scævolas, ac Domitios, Ulpianos;*  
*Papinianos, & Aquilios,*  
*Salvios, Julianos, Valentes, & Priscos,*  
*Celfos, & Marcianos,*  
*Sabino, ac Pomponio,*  
*Terentio, Clemente,*  
*Iusto, & Africano*  
*Callistrato, Arcadio, Rufino,*  
*Paterno, ac Menandro;*  
 Immò  
 Et *Theodosium, & Justinianum cum Novellis*  
 Nec  
 Horum *Contextus* lumine erit *Cassus*  
 Defectu interpretis *Genuini*,  
 Ad sunt enim  
*Accursius, & Bernardus;*  
 Hi omnes  
*Cæsareum Jus, Regulasque* apprime norunt,  
 Et  
 Ita fanis hærent *Opinionibus*,  
 Ut  
 Quantumvis ibi sint plures *Ampliati*  
 Ad iudicium exercendum minimè provocentur

# VERA

A' Sollicitis, Rabulis

Omnium Innocentia præpeditis.

Ne unus quidem illic est,

Qui

*Homobonus* non sit.

Unus quidem ibi degit *Injuriusus*, alter *Calumniosus*;

At

Qui nulli faciunt injuriam;

Omnes sunt ubique *Pacifici*.

*Mercatores* ipsi

Quamvis præ oculis *Lucellum* habeant,

Nemini non sunt *Fidi*,

Nec *Redemptoribus* adiment *Bonmercatum*

Ne illo quidem excepto

Qui est *Illusor*, qui *Astutus*

Qui *Sinon*, qui *Callidus*:

Et unus *Debitor* ibi licet sit

Est etiam *Solutor*, & *Verissimus*.

Denique

Vel ipsimet *Sicarii*

Apud *Commentariensem*

*Lictores* non horrent,

Nec *Tullianum*, aut *Custodiam Mamertini*.

Nec

Tu, mi *Latro Horres Carnifices*

Ullisve pœnis deterreris;

Quamvis enim unus ibi dicatur esse *Privatus*,

Apud Dominum sunt

*Restituta*, *Bona*, *Atracta*.

# THEOPOLIS.

## III.

**E**st in illa Civitate dies semper *Faustus*, semperque *Serenus*,  
Nec egebit lumine Solis,  
Quamvis *Illuminator* splendeat, & *Phæbus*.  
Nox illic ultra non erit  
Dabitur tamen *Phæbe*, atque *Lucina*  
*Lucida*, & *Luminosa*;  
Necnon & *Stellæ* rutilabunt, & *Polus*  
Suis etiam *Zonis* aptus:  
*Gemini*, ac *Gemelli*,  
*Castor*, & *Pollux*  
Coram *Læda*  
Non alternis, sed perenniter coruscabunt.  
Visentur etiam *Cometæ*;  
Sed quibus *Ventura* associantur  
*Felicia*, atque *Felicissima*.  
Simul cum *Meridie*  
*Lucifer* refulgebit *Matutinus*.  
Et  
Licet in Occasum numquam dies declinet  
Visetur *Hesperus*,  
Et ipse  
*Rutilus*, atque *Lucidus*,  
Quibus non absimiles erunt reliqui:  
Unus tamen ibi erit *Niger*  
Una *Fusca*, & *Afra*;  
Qui tamen nec ideo  
Pulchritudine cedent, vel *Specioso* cuique,  
Nec *Illuminatis*.

## IV.

**C**œlestis hæc *Respublica* extra tempus jam posita,  
 Quantumvis sit *Æterna*,  
*Nec* periodis claudatur *Julianis*, & *Victorianis*;  
 Aliquot tamen numerat *Olympiades*,  
*Nec* caret *Annos*:  
 Illic quoque numerabuntur  
*Januarius*, & *Martius*,  
*Aprilis*, *Maius*, *Julius*, *Quintilis*,  
*Augustus*, & *October*  
 Pro quorum supputatione adest *Aureus Numerus*,  
 Omnes ibi *Benigni*, ac *Salutares*,  
 Quibus qui convivunt *Cives* sunt *Sani*,  
 Etiam illa, quæ est *Languida*,  
 Isque *Palidus*,  
 Illi, qui *Contracti*, isque *Varus*, & *Varici*,  
 Et *Infirmi*;  
 Nec qui ibi semper assistunt  
 Cum *Prompto Remedio*  
*Senerthus*, *Galenus*, *Dioscorides*, *Amatus Lusitanus*, & *Mercurialis*  
 Ullum inveniunt morbum, cui medeantur.

## V.

**N**on defunt illic *Florida vireta*,  
 Quæ tu,  
 Quia super *Cœlos* sunt,  
*Hortos* pensiles dixeris,  
 Ni, quia in illis *salus* habitat, mavis dicere *Salustianos*,  
 In quibus

Omni-



# THEOPOLIS.

7

Omnigeni vernant *Flosculi*,  
Qui  
Bonum Christi odorem jugiter exhalabunt,  
Nimirum  
*Rosæ, Rosulæque*  
Cum *Spinis, Acutis, & Blandis,*  
*Pulcher Narcisus*  
*Clarissima* gaudens *Fontanâ*  
*Hyacinthum* melior *Apollo* diligit,  
Veriora nec absque *Tripode* fundens oracula.  
Quin & ibi  
*Violæ Nigræ* *Humilitas* placuit,  
*Floridis Pratis* interest quoque *Flora*  
*Romana, Famosa, sed & Modesta, ac Pudens;*  
Visuntur etiam ibi  
*Asclepiades, Amaranthus, Euphrasia, Sabina,*  
*Aloes, Beta, Crocus, & Apia*  
Cum *Anecto, ac Salvia.*  
Nec non &  
*Parthenio, ac Cyminis*  
Cum *Chryfogono, Triplilo, & Hortentiis*  
Immo  
Inibi degit etiam *Hortulanus.*

## VI.

**I**llic etiam *Saltus* visitur *Arboreus,*  
Ni Græce mavis dicere  
*Carpophorum*  
Et *Fructuosus, & Silvester,*  
Hic tamen

Per-

Perpetuò *Fructum* habens  
*Dulcem*, atque *Maturum*.

Virent hîc *Olyvæ*, & *Laurus*

*Coronæ Vincentibus*,  
*Juniperus* etiam, & *Spinus*

*Armata* non tamen sentibus:

Cum *Sandalo*, ac *Tiliis*,

Nec non & *Balsamo*

Ut *Plagato*,

Qui

Nec *Cerato* caret;

Ac tandem

*Taxus*, quam *Viatores* non horrent,

*Fructuosa*, & *Vitalis*.

## VII.

**L***Ocos*, *Nemorosos* & *Lucos*

Sua non averfatur *Diana*,

Cui nec defunt *Cothurni*, nec *Arcus*:

*Festinam*

Tu comitaris *Venanti*

Non ut *Apros*,

Aut *Ursos* infecteris,

*Capros*, *Pardos*, aut *Catos*,

*Numidios*, *Leones*, *Leas*, *Leopardos*, aut *Tigrides*,

Inter quos nihil timens

Vivit *Daniel*,

Vivit & *Dama Timida*,

Illi enim

Adeo sunt *Mansueti*,

Ut

# THEOPOLIS.

9

Ut eos

Quamvis *Niveos* versantes inter *Agnos*  
Nullus arceat *Opilio*, nullus *Pastor*,  
Aut *Armentarius*

Ipsè *Lupus* cum *Agnellis* vivit,  
Et *Hædis*, atque cum *Hinnulis*,  
Nec nocet *Brutis*, *Asellifve*,

Qui

*Facundo* gaudent *Ingenio*,

Quosque

*Nobilis* comitatus *Agaso*.

Denique

Nil *Juvencis*, & *Buculis* metuit *Bubulcus*,

Nam

Vel *Dracones* ipsi, *Reguli*, *Basilisci*, ac *Insidiosi*,  
Ulli nocere nesciunt.

## VIII.

**N**ec *Avias* illas *Silvas*  
*Lusciniaë* fugiunt,  
Ubi *Nidos* habent

*Ætherus* una cum *Aquilis*,

*Milvis*, atque *Herodis*,

Quibus & *Passis Pennis Liberati* immiscentur

*Columbus*, & *Palumbus*,

Et *Torquatus*;

Nec desunt *Galli* cum *Christis*,

Non ut excitent *Dormientes*,

Eos enim jam Dominus excitavit.

*Pandionia Philomela*

C

Tri-

Tristis ibi non est, sed & *Lætissima*,  
*Jubilisque*  
 Numquam non *Jucundis*  
*Montani* lætantur  
 Cum *Reductis*, *Convallibus*, & *Vallibus*.  
 Nec  
 Sibi timent à *Falcone Columbe*,  
 Immo nec *Hirundines*,  
 Quibus sua non deerit *Chelidonia*,  
 Atque *Pici*, *Meruli*, atque *Merule*, & *Zenæ*,  
 Qui  
 Signa dant *Auspicii*, *Dextri*,  
 Ac  
*Felicis Augurii*.

## IX.

**I**llic degunt *Silvicolæ*,  
*Nymphæ*, *Fauni*, atque *Silvani*,  
 Quos inter versatur, & *Simia*,  
 Non illa quidem gesticulatrix,  
 Sed & *Seria*, & *Severa*,  
 Quin & *Divinus Plato*  
 Nihil sibi timens à *Cynico Diogene*,  
 Quamvis hic à *Censuris* non abhorreat  
 Ibi *Sophiam* profitetur.  
 Nec deest *Scholastica*,  
 Quæ sciendi *Avida*  
 Cum *Perseverantia*, & *Patientia*,  
 Additis plurimis *Collegis*, ac *Scholasticis*  
*Sapientibus* convivit *Præceptoribus* in nobili *Collegio*,  
 Quo-

# THEOPOLIS.

II

Quorum  
Quisque *Sapientiâ* est alter *Salomon*,  
Ut respondeat *Dubitatis*.

## X.

**P**erius hic *Chorus Suavis* datur,  
Plurimique *Cantores*,  
*Cantusque Alterni*  
*Horis* omnibus demulcent *Auditum*,  
Et  
Vel ipsis cum gaudio audiuntur à *Surdis*.  
*Choraules* etiam cum *Lyra*,  
Et *Tactis Cordulis*,  
*Montes* perpetuo facit exultare,  
Præsertim *Heliconem*,  
Gratum doctis *Sororibus*,  
Præcipuè *Calliopam* comitatur  
*Publius*, *Virgilius*, *Maro*,  
Celebrans *Æneam*, *Pium*, atque *Ascanium*,  
Quibus non adversantur *Rutuli* cum *Camilla*:  
Ille quidem gaudet *Metris* grandiloquis,  
Nec ideo oblitus *Georgicum*, neque suum *Tytirum*  
*Silvestrem* tenui *Musam* meditatur avena,  
Qui  
Multo ibi verius dicere potest  
*Pollio* amat nostram (quamvis sit *Rustica*) *Musam*.  
Nec longe abest  
*Ovidius Naso*  
Non averfus *Ponticis*, *Barbaris*,  
Ac patriæ, licet non *Urbi Restitutus*;

Vere.

*Verecundus* quidem  
 Artem recitat vere, atque *Decentius Amandi*,  
 Et *Novos Fastos*  
 Cum *Elegiis* non tristibus;  
 Imo cum perenni *Gaudio*  
 Hos inter auditur *Horatius Flacus*.  
*Venustus* quidem,  
 Sed *Modestus*;  
*Juvenalis* etiam cum *Satyris*;  
*Hilarius* etiam & *Acutius*, & honestius  
 Argutat *Martialis*:  
 Nec ibi *Sales*  
*Zoilos* exagitant, aut *Aristarchos*,  
*Stadius Papinius*  
 Celebrat mitiorem *Achilem Peleum*  
 Mitiozem inquam;  
 Nec enim ibi necessum erit  
 Ut  
 Placeat *Achilleos* mactata *Polyxena Manes*.  
*Lucanus*  
*Bellum* describit, ac *Triumphos*  
 Agmen claudunt ab omnibus *Plausus*,  
*Ausonius*, & *Claudianus*,  
 Qui omnes adduntur  
*Ennio Primitivo*,  
 Atque *Primævo*,  
 Et inter *Latinos Primo*;  
 Quin & *Amphion*  
 Ad Urbis illius *Muros*  
*Firmos* quidem, quamvis *Rimas* habeant,  
 Canendo traheret, ni adessent

*Rupes cum Saxo,*  
*Berillos, & Smaragdos,*  
*Chrysolitos, Asterias, atque Sapphiros,*  
*Margaritas, & Gemmas,*  
 Ac  
*Massam Candidam cum Arenis.*

## XI.

**F**Lorent in hac Urbe *Authores Methodici,*  
 Qui  
 Ad *Acta Sanctorum Fide Digna* describenda *Designati,*  
 Licet habeant, non indigent  
*Papiro Candida:*  
 Adfunt ibi  
*Titus Livius,*  
 Et  
*Caius Sallustius Crispus*  
 Cum *Cornelio*  
 Illo tamen *Candido,* ac *Simplicius* loquente;  
 His accedit  
*Quintus Curtius Rufus,*  
 Qui  
 Non unum, sed plures celebrat *Alexandros,*  
 Et *Macedones*  
 Non *Extrictis, Gordiis* celebres,  
 Sed  
 Iis strictissime *Connexos;*  
*Tranquillus* etiam  
*Cæsares* memorat,  
 Quorum  
 Nullus sibi timet à *Cassio*  
 D *Octavio,*

*Octavios, Tiberios, Claudios, Sulpitios, Neronos,  
Severos*

*Titos, ac Flavios, Domitios, Domitianos.*

*Floret illic, & lucet*

*Lucius Florus,*

*Nec Valerius deficit & Maximus,*

*Qui tanti mensuram Nominis implet*

*Cum Justino, & Apuleo,*

*Luciano, Plutarcho, Herodoto, Diodoro, Xenophonte,*

*Macrobio, atque Petronio, eo tamen Honesto,*

*Quemadmodum & Plauto*

*Cum plurimisque Philologis,*

*Aliisque nunc non Nominandis,*

*Utpote nondum Agnitis, ac uni Deo, Notis;*

*Unum vero, qui deest*

*Bruno, Supplebit Tacitum*

*Ni mavis ei sufficere Taciturnum, aut Silentiarium:*

*Adest etiam qui laudet tot res gestas*

*Quintilianus*

*Cum Tropis,*

*Et Romano Eloquentio*

*Clarus, Marcus Tullius*

*A' Philippicis non abhorrens.*

*Immo*

*Uniuscujusque, vel Peculiaris Eventus,*

*Pictus videri quoque poterit,*

*Degunt enim in ea Civitate*

*Non Apelles tantum, Aristides, & Protogenes,*

*Sed &*

*Michael, Angelus, Titianus, Raphael, Albertus, Felicianus,*

*Petrus, Paulus, Rubens.*



## XII.

**I**nstruet illic Dominus *Comestoribus*,  
 Quibus datum est

*Epulis* accumbere *Divum*

*Lautas*, *Agapas*, *Cenas*;

Nec deerit *Modica*, ac *Moderata*:

Quin & *Coquina* superflua non erit

Cum *Foco*, *Igneo*, *Camino*;

Nec non & *Parvæ*, *Craticulæ*:

*Ministri*, ac *Promi*

*Largi*, ac *Liberales*

*Gratas* non negabunt *Ambrosias* immixtas *Nectari*,

Atque *Murinam*,

Et

*Crateres*, *Plenos*, ac *Urceolos* cum *Mustis*

*Austeris*, simul & *Mellitibus*;

Nec non & *Bacho*,

Ubi citra culpam *Genio* indulgentes

In æternum inebriabuntur *Charissimi*.

*Melones* dabuntur etiam cum *Prunis*, *Pomisque*,

Et *Libis Atticis*;

Nec

*Uvæ* deerunt *Vindemiales*;

Cum *Thyrsis*, ac *Pampinis*,

*Mora* quoque

Etiam *Nigra*:

Quin &

*Aristeo* *Mel* non deerit

*Profuturum*,

Quamtunvis ei adjungatur *Virus*.

Solemnissimo huic convivio  
 E Clero cum Cotis  
 Intererunt innumeri Sacerdotes  
 Cum Casulis, & Albis:  
 Intererunt  
 Diaconi cum Dalmaticis,  
 Atque Evangelio  
 Clerici, & Exorcistæ,  
 Imo  
 Et Episcopus, & Papa,  
 Qui omnes  
 De Gratia ab eo Concessa,  
 Qui appellatus est a Deo Pontifex  
 Secundum ordinem Melchisedech  
 Potiuntur Titulo, Mensæ, Communis;  
 Ast  
 Obstare id non potest  
 Quominus quilibet eorum  
 Quadragesimam, Parascevem, & Adventum  
 Sanctificare debeat  
 Cum Solemni Jejunio Servando,  
 Ante Dominicam Paschalem,  
 Et  
 Festum Natalem.  
 Denique,  
 Ne quid ibi desideretur deliciarum,  
 Sunt & illic Piscine cum Thermis  
 Etiam Antonianis  
 Calidis, & Gelatis,  
 Quin & Unguentaria  
 Prætiosa exhibet unguenta virtutum,

Quorum suavitatem  
Plurimæ quæ ibi dantur *Muscæ* non perdunt.

**U**XIII.  
Rbem illam multi incolunt *Ingenui*  
*Patritii*

Apud omnes ubique *Gratiosi*  
*Silvii*, atque *Pompeii*,  
*Fabii* quoque, atque *Marcii*,  
Qui simul cum *Hercule*, & *Sabino*  
*Generosis Avis*,  
Et *Abavis* gloriantur:  
*Sergii* etiam, ac *Julii*  
A' magno demissum nomen *Julo*.  
*Maioribus* accedunt  
*Gens Antonia*  
Cum *Marco Antonio*  
Apud *Actium* vinci minime timente,  
*Lucretia*, *Cæcilia*, *Albana*, *Flavia*, atque *Cornelia*,  
Quibus *Principia*  
*Prisca* adnectuntur  
Ut *Memoriis* est proditum.  
Harum quilibet  
Est  
E *Familia Sacra*,  
Hinc  
Omnes *Amabiles*, & in æternum *Amandi* sunt  
*Amore*,  
Non *Fraterno* tantum,  
Sed & *Materno*, ac ex *Præcordiis*,  
Adjunctis *Donis*, *Eulogiis*, *Xeniis*

E

XIV.

## VERA

## XIV.

A<sup>St</sup>

Non *Nobilibus* tantum gaudet *Respublica*,  
 Suus etiam locus est *Plebi*;  
*Heroibus* Sociantur *Fabri* cum *Servis*,  
 Atque *Factores*,  
*Calcearii* cum *Sandalis*,  
 Atque *Sartores*,  
 Et *Textores* cum *Lanulis*,  
 Et *Ariadna* cum *Filo*  
 Nec eis unquam deerit *Pannus*,  
 Nec *Tunicæ*, & *Cappæ*,  
 Cum quibus lætabuntur  
*Pannosi*,  
 Nec ibi *Sarta*, *Vestis*,  
 Rodetur à *Blatis*.  
 Non excluduntur etiam *Carbonarii*, nec *Aratores*,  
 Nec *Agræstes*,  
 Ac *Duri* *Agricolæ* *Saturno* amabiles,  
 Qui ibi non abhorrent ab *Arandis*, *Glebis*,  
*Novalibusque*,  
 Observato etiam *Orione*,  
 Et *Pleiadibus* à *Ticone*.  
 Imo *Adjuti*, *Juvandique* erunt  
 In colendo non agro, sed *Agno*,  
 A'te O' *Laborator*,  
 Qui numquam *Torpes*,  
 Quantumvis etiam ibi tu *Lassus*, atque *Cessator* sis.  
*Messoresque*,

Expe-

*Expectatis, Aristis, Flavis*  
*Cerealibus Granis, immistis quidem Lolio,*  
 Sed à *Locusta* minimè corrosis,  
 Implent horreum Patris familias;  
 Nec intra *Saccos* recondunt,  
 Licet ad manum habeant.

Eis quoque  
*Viciæ* proveniunt *Serotinæ*, & alia  
*Semina Enata,*  
 Nec illis deerunt *Juvenæ* cum *Satis,*  
 Nec *Carra* cum *Rotis,*  
 Quæ  
 Illustres signabunt *Orbitas;*  
 Ast  
 Quamvis *Nimia* ibi perpetuo detur *Abundantia,*  
 Dabitur quoque  
*Carum Frumentum.*

## XV.

**H**anc Civitatem ornant  
*Latæ Viæ, & Plateæ*  
*Æmilia, Albana,*  
*Aurelia, atque Valeria,*  
*Claudia, & Cassia;*  
 Nec non &  
*Forum, Palladium*  
 Non invidens *Sempronii, Trajani, atque Cornelii.*  
 Ornant quoque  
*Antes, Hermæ, & Columnæ,*  
 Etiam cum *Striis,*

Quæ

## VERA

Quæ  
 Vel iis ipsis Orbis *Miraculis*, iudice *Myrone*,  
 Non cedunt.  
 Augescit Urbis decor non parum

E

*Pario Quadrato*,  
 Et *Regiis*, & *Augustalibus*  
 Cum *Podiis*, ac *Xyftis*,  
 Quibus *Zeno* adest suus;  
 Quin &  
 Ipsa *Hadriani*, non tam moles, quam mens  
 Gratissimum habet prospectum *Maris Crescentis*,  
 Quo  
 Recreantur oculi vel *Cæcorum*,  
 Qui illic habent obtutus *Aquilinos*.

## XVI.

IN illis autem campis morabuntur  
*Lusores* quamplurimi  
 Coram eo, qui lusit omni tempore  
 In orbe hoc terrarum.  
 Nec *Alea* carebunt,  
 Nec *Talis*,  
*Jactusque Caninus*  
 Non importabit jacturam.  
 A' *Lupercis* item  
 Multiplex illic *Lusus* celebrabitur,  
 Non  
 In *Panis Arcadii*,  
 Sed

In

# THEOPOLIS.

21

In honorem Dei, qui subter panem latuit,  
Celebrantur *Apollinares*, & *Cereales*  
Non seculares vero, sed æterni  
*Hilaria*, *Dionysia*, & *Olympia*,  
Licet unus tantum detur *Cestus*.

Nec  
Deerunt *Gladiatorii*

In illius honorem,

Qui

In *Mundum* non venit pacem mittere, sed gladium  
Erunt cum *Retiariis* *Secutores*,

At

Quamvis multi futuri sint *Pancratii*

Quatuor erunt *Coronati*.

## XVII.

**I**Ntrant capacissima mœnia *Mare*, *Jonium*,  
*Pacificum*, atque *Pamphylum*,  
Quibus commiscetur *Oceanus*,  
Ipseque *Adria*, *Adauctus* cum *Jadere*.

Nec desunt

*Celeres Carinæ*,

Multæque *Cymbæ* stipatæ *Lenunculis*

Quin *Scyllas* metuant;

*Naucleri* quoque

Peritissimi rei *Navalis*

Multis cum *Navitis*

*Portum* simul *Apricum* tenent,

Et *Altum*

Quin aberrant *Pharo*:

F

Est

Est ibi *Ventus Quietus, Placidus Zephyrus,*  
*Aura, & Oportuna,*  
 Nullusque *Turbo Marinus,*  
*Zephyrinus, aut Solanus, Violentusve*  
 Nocebit *Velis,*  
*Pontusque summa quiete fruens,*  
 Nec sine *Contis* erit,  
 Nec sine *Remigio.*

## XVIII.

**C**onfluunt illuc *Aucti*  
*Minus, Durius, & Ana,*  
 Cum *Amasio, Germano, Nilo, Pado, & Nicia*  
*Munda, atque Jordane,*  
 Quem non deserit *Baptista* ipse  
 Cum *Cilicio,*  
 Qui,  
 Si opus esset, cunctos ablueret;  
 Quin  
 Deficerent *Compatres,*  
*Martha etiam, & Magdalena,*  
 Ac  
*Tamarus.*  
*Alpheus* ipse à *Siculis* non averfus  
 Illuc confluit *Abundantius*  
 Ne quidem *Stilla* amissa,  
 Quem  
 Imitantur *Galicani, Rhodanus, Sequanus, & Matrona*  
*Margines, Rasi,* sunt ibi,  
 Ubi non ingreditur

Aliquod



Aliquod coinquinatum,  
 Nec  
 Ulla timetur à Luto Macula  
 Ullusve Casus  
 Salo, Infulisque Fortunatis  
 Mileto, Philippinis, Antiliæ  
 Cypro.  
 Non deerunt Insulani.  
 Laudabunt alii Claram Rhodon;  
 Apparet quoque Nemorosa Zacynthus  
 Dives opus Priami dum regna manebunt,  
 Habet hic enim Priamus  
 Simul, & Hector,  
 Troianus quoque Regnum,  
 Quod  
 A' constitutione mundi ipsi separatum erat.

## XIX.

**S**alsa, Uda, Maria  
 Suo placent Jasoni  
 Nihil Taurinis Minis exterrito,  
 Ac  
 Projectus, & Arion  
 A' Delphino suscipitur.  
 Nereus etiam, atque Palemon,  
 Cum Menis, & Thinis,  
 Capitonibus, atque Murænis,  
 Et Musculis, & Carpis,  
 Flumineisque  
 Protheum comitantur,

Qui

# VERA

Qui  
 Et ibi *Phocas* non deserit.  
 Objacent illic sibi *Abydus*, & *Sestos*,  
 Etiam *Riparius*,  
*Herus*que amore ducitur  
*Leander* verum *Castus*.

## XX.

**I**N hac Republica  
 Omnis *Successus* est *Prosper*,  
 Ac *Felicissimus*,  
 Cunctisque *Fortuna* adest  
*Fauſta*, & *Stabilis*,  
 Quilibetque est ex omni parte *Beatus*,  
 Vel ipse *Herebus*,  
 Ne ipsis quidem exceptis *Patientibus*,  
 Atque olim  
 Crucis suæ *Gerulis*, ac *Bajulis*,  
 Ac *Pupillis*,  
 Quibus perpetuo *Tutela* placet;  
 Imo  
 Nec *Ancillis*, & *Servis*, atque *Servulis*,  
 Quibus  
 Et spes *Libertatis* erat, & *Cura Peculi*,  
 Nam  
 Et ibi *Libertas*  
*Sera* respexit *Inertem*,  
 Quos  
 Ab *Heri* consortio  
 Nullus unquam eripiet;

Omnes

Omnes enim  
Victuri sunt in æternum *Servidei*.

## XXI.

Quotquot hujus Urbis sunt incolæ  
Jam habitant in *Patria*, non  
Quavis multi sint *Peregrini*, & *Proculi*,  
Quibus

Quemadmodum & cæteris *Adventoribus*,

Adest *Comodum Hospitium*,

Et *Præsens Hospitator*

Cum *Charitate* insigni, ac *Generali*,

Ac ita *Comis*, & *Benevolus*,

Ut

Non *Christianos* tantum

*Probos*, atque *Fideles*,

Sed &

*Arianos*, *Mauros*, *Gentiles* recipiat,

Qui tamen omnes

*Perfecti* sunt *Deicole*, atque *Christicole*.

Denique

Licet omnes præ oculis *Lethum* habeant,

Visis quoque *Aggestis*

*Tumulis*, necnon *Humatis*,

Et

*Sanctis Mortuis*;

Ac

*Fato* functis

Mors tamen

Illis non dominabitur.

## XXII.

**E**X omnibus, qui hic degunt,  
 Unusquisque est *Potitus Optatis,*  
*Desideratis, ac Speratis;*  
 Nullus tamen eorum,  
 Ac si non esset *Paratis* contentus, ac *Datis*  
*Desiderio* caret:  
 Imò quilibet  
 Quantumvis fit pro *Meritis* à Deo *Bonis* large *Donatus,*  
 Quippe qui  
 Vel ipsum *Habet deum,*  
 Et videt *Salvatorem*  
*Spem* secum habet *Repositam.*  
 Multi ibi erunt *Ephebi,* aliquot *Barbati,*  
 Et  
 Nonnulli *Prætextati,*  
 Ac *Puellæ,* *Nubiles* non sine *Dote,*  
 Sed quæ nunquam nubent;  
 Omnes enim ibi erunt  
 Sicut *Angeli Dei.*  
 Nec  
*Eunuchi* deerunt ex iis,  
 Qui se castraverunt propter *Regnum Cœlorum:*  
 Erunt etiam ibi  
*Tenelli Pupuli,*  
*Innocentes,*  
 Quos  
*Mamanti* similes,  
*Mamilisque* delectatos,  
 Ac *Rumulis*

# THEOPOLIS.

27

Et Filios *Posthumos*  
*Formosa* mater *Benjamin Rachel* non plorat,  
Quippe quæ  
Nihil ab *Herode* timet;  
Quin &  
Viventur inter hos *Nestor*, & *Seniores*  
*Vetuli*, ac *Venerandi*  
*Senilibus* cum *Canis*,  
*Firmatique* non *Baculo* quanvis habeant,  
Nec enim sunt  
Sine *Vigore*, & *Masculo*,  
Qui omnes  
In æternum illud volent  
*Quodvultdeus*.

## XXIII.

URbem hanc multæ componunt *Civitates Dei*,  
Quæ,  
Si à *Ptolomeo* quæramus, *Pomponio*, *Mellæ*  
*Itinerario*, *Antonino*, ac *Gerardo*  
Dicent  
Quot inter se *Leucis* distent,  
Nimirum *Roma*,  
Cui non deerit *Romulus*, & *Quirinus*.  
Accedit *Florentia*,  
Nunc multo magis *Bella*,  
Et *Cæsarea*;  
Viventur etiam & *Philippi*,  
Qui *Apolloniam* spectant ibi quoque *Sitam*;  
*Luca* etiam ibi

Pro-

Proxima est *Senis*,  
 Quibus fruuntur  
 Magni *Duces Florentini*,  
 Quemadmodum & *Cortona*,  
 Affociantur *Parisi*, atque *Nicea*,  
*Agatha*, & *Camerinum*  
 Cum *Papia*, *Bonifacio*, atque *Verona*,  
*Alexandria*, atque *Theodosia*,  
*Emerita*, atque *Carthago*,  
*Calagurris*, & *Tarsus*;  
 Nec non *Agripina* cum *Verulo*,  
 Quibus accedit  
*Arabia* cum *Lydia*, atque *Pelusio*  
 Non sub potestate *Sarracenorum*.  
 His omnibus  
 Minimè abest *Constantia Augusta*,  
 Nec  
 Ipsas curat vincere *Victoria*,  
 Aut *Vincentia*,  
 Quanvis ibi semper sit *Victrix*  
*Felicitas*, *Julia*,  
 Quas non fugit  
*Heremita*, & *Heremitides*,  
 Quanvis  
 Semper *Heremis* gaudeat.

## XXIV.

**I**llius Civitatis fundamenta  
 Omnia jacta sunt in *Montibus Sanctis*;  
 Imò & montes sunt intra circuitum ejus,

Scilicet

*Herminius, Libanus, & Marianus,*  
*Aventinus, & Ida,*

Cui

Nec suus deest *Paris, Amator,*  
Sed castus *Helenaë :*

*Celsus* quoque *Olympus* visitur,  
*Argæus, Celius, & Albanus,*  
Cum *Atho, & Tetrico*

Hoc vero minime tristi;

Nam illic

Omnes simul montes (si per Latinos licet)

*Gaudentii* erunt, & *Gaudiofi;*

Exultabunt enim

A' conspectu *Domini:*

*Collibus Humiles* adnectuntur *Agri*

*Plani Arati, ac Læti,*

*Veranus, Valentinus, & Capuanus,*

*Damascenus, Laurentinus, atque Mantuanus,*

Extra ditionem *Gonzagæ;*

Quibus

Plures semper convivent *Agritii*

Cum *Rusticis, Paganis,*

Et *Mapalicis.*

Qui

Quamvis *Militares* non timeant incurfus

Cum *Speculis Monitores* habent,

Et *Castri Gandulphi* gaudent vicinia,

*Clausique, ac Tuti* nil metuunt,

Vel

Ab ipsis *Perfidiis.*

H

XXV.

## XXV.

**H**Æc de Cœlesti Hierosolima  
Delibasse sufficiat;

Nam

Si cætera prosequeremur,  
Quæ *Gloriosa* dicta sunt de ea,  
Narratio evaderet *Importuna*,  
Effetque infinitus *Processus*.

Quisquis hæc legis

Ei,

Qui te creavit,

Ut

Hujusmodi divitiarum esses *Possessor*

*Devota* mente

Et habe, & refer, & age

*Deo*gratias.

**F I N I S.**



# AUTHORES

*Apud quos reperiuntur Sancti, de quibus in hoc Opusculo mentionem facimus.*

## A

- A**cta SS. collecta à Patribus S. J.  
**A**do Vienensis, Martyrologium.  
 Adrianus Baillet, Victæ Sanctorum.  
 Aloysius Lippomanus.  
 Andreas Sausfayus, Martyrologium Gallicanum.  
 Antonius de Macedo, in Divis Tutelaribus.  
 Fr. Antonius à Purificatione, de Viris Illustr. Prov. Lusitanæ Eremit. Augustinianorum.  
 Fr. Antonius Yepes, Centur.  
 Arnoldus Wion Benedictinus, Lignum Vitæ Pars 1. & 2.  
 Venet. 1595.

## B

- B**althasar Bonifacius, Episcopus de Capo de Istria:  
 Reyne de Cielu con le sue Damigelle.

## E

- E**phemerides Historicas Nicolai Casini cum additionibus Doctoris Stephani de Aguilar y Zuniga.  
 S. Eulogii, Memoriale Sanctorum apud Bibliot. PP. tom. 15.  
 Geor-

**G** Georgius Cardoso, in Agiologio Lusit.

**H**

**H** Aræus Ultrajectinus.

**H** Hugo Menard. Martyrologium SS. Ordinis D. Benedicti. Parisiis anno 1629.

**I**

**J**acobus Mosandrus Additionator Surii ultimo tomo.  
**J**acobus Pinto in Digressiuncula de Martyribus Sardiniae, & præcipuè Turritanis, in Opere de Christo Crucifixo lib. 3. tit. 4. loc. 12. à num. 16. ad 42.

Indiculus SS. Belgii Lovanii 1573.

Joannes Molanus, Appendix ad Ussuardi Martyrologium.

Joannes Nadasi, Annus Cœlestis, editionis quintæ, Bononiæ anno 1673.

Joannes Tamaius de Salasar, Amnanesis, seu Martyrologium Hispanum.

**K**

**K**alendarium antiquum ex M. S. Monasterii Lyrensis, editum ab Emundo Marten, & Ursino Durand tom. 3. Novi Thesauri Anecdotorum fol. 1606.

Kalendarium antiquum Corbeienfè, eodem tomo, fol. 1594.

Fra-

Fragmentum Veteris Kalendarii ex *M.S.* Corbeienfi,  
 eodem tomo fol. 1571.  
 Kalendarium Maceratense, & Tolentinat. A. Augustino  
 Antonio Norfino.

## L

**L** Anducius, Silva Illicitana.  
**L** Laurentius Surius.  
 Litanix omnium SS. Sereniffimorum Belgix Principum  
 mandato excussæ sine nomine Authoris. Antuerpiæ  
 an. 1621.

## M

**M** Artyrologium Bedæ sine Notis: item cum Notis.  
**M** Martyrologium Morbacense, editum ab Edmundo  
 Marten, & Ursino Durand tomo 3. Novi Thesauri  
 Anecdotorum.  
 Hieronymianum ab eisdem, eodem tomo à fol. 1547.  
 Item Martyrologium Corbeienfis Monasterii, editum  
 ab eisdem, eodem tomo, fol. 1571.  
 Item Fragmentum Pervetusti Martyrologii Eccle-  
 siæ Turonensis, eodem tomo, fol. 1587.  
 Martyrologium Romanum sine Notis.  
 Item cum Notis Cæsaris Cardinalis Baronii.  
 Vetus Romanum Martyrologium apud Bibliothe-  
 cam SS. PP. tom. 16.  
 Menologium Cardinalis Sirleti.

## N

**N**atalis SS. Belgii Recogniti, notis aucti, & illustrati.  
Duaci anno 1616.

## O

**O**Cravius Caietanus in Idea Operis de SS. Siculis.  
**O**fficia propria Archiepiscopatum, Episcopatum  
Lusitanorum, & Conquistarum.

## P

**P**R. Petrus Martyr Moxet, Dominicanus, in Diario  
Virginali.  
Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus, Cathalogus SS.  
Philippus Ferrarius, Catalogus Generalis SS. qui in Mar-  
tyrologio Romano non sunt. Venetiis an. 1625.

## T

**T**Abula Archiepiscoporum Mediolanensium.  
Theophilus Raynaudus, in Variis Opusculis Agiolo-  
gii Lugdunensis. Operum tomo 8.

## U

**U**Suardus, Martyrologium illustratum à Joanne Mola-  
no. Lovanii an. 1573.  
Willelmus Nakatenus. Cœleste Palmetum.

LAUS DEO.



34  
N Aralis SS. Belgii Recoguiti, mens 1601, et illustrati.  
Diaci anno 1616.

O Cervius Caletanus in Idea Operis de SS. Sicilia.  
Officia propria Archiepiscopatum, Episcopatum  
Lusitanorum, & Conquistarum.

P  
FR. Petrus Martyr Moxet, Dominicanus, in Diario  
Virgileo.  
Petrus de Natalibus, Episcopus Equilinus, Catalogus SS.  
Philippus Ferrarius, Catalogus Generalis SS. qui in Mar-  
tyrologio Romano non sunt. Venetis an. 1614.

T  
T Abate Archiepiscoporum Mediolanensium.  
Theophilus Reynaudus, in Vitis Opusculis Agiolo-  
gii Lugdunensis. Operum 1610 f.

U  
U Suardus, Martyrologium Illustratum à Joanne Mola-  
no. Lovanii an. 1573.  
Willelmus Nakatenus. Caeleste Palmatum.

LAUS DEO.